



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Pastorale Missionariorvm

Verjuys, Jean-Baptiste

Antverpiæ, 1682

6. An sit obligatio sæpius ejusdem pœnitentis peste infecti confessionem audire.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41565

addi potest, quod verè dolens de omnibus peccatis dum directè absolvitur ab illis peccatis quæ exprimit, indirectè absolvatur etiam ab omnibus quæ fortè numquam bene confessus fuit, aut de quibus numquam sufficienter doluit. Et cum aliter jam facere non permittatur, ipse sufficienter satisfecit; maximè si sit valde scrupulosus. Non tamen ideo excusaverim semper Parochum aut Missionarium, maximè si inde timeatur gravis aliquantaliter pœnitentis perturbatio, fortè, quæ ipsum ad novum peccatum mortale disponet.

ARTICULUS VI.

Utrum sit obligatio sæpius ejusdem pœnitentis confessionem audire.

HÆc quæstio moveri potest de duplici genere pœnitentium, quorum aliqui ex scrupulis anguntur, ita ut sæpius etiam per diem, aut etiam singulis horis velint confiteri, nec unquam finis est. Alii ex impatientia dolorum infirmitatis, seu vi morbi pestilentialis, sæpè jurant & blasphemant, & similia peccata committunt, utrum toties quoties sic peccant, accedere debeat Missionarius seu Parochus, & ipsorum confessionem audire.

Quoad primum facilis est responsio, si per-

omnibus
illis pec-
tur etiam
bene con-
sufficiem-
non per-
; maximè
ideo ex-
Missiona-
vis aliqua
rtè, qua
disponet.

sona illa scrupulosa, obedientiæ aut iudicio Confessarii facillè se submittat, tunc enim nulla superest difficultas; moneri enim potest, ut scrupulos aut deponat, aut non curet, & perfecta resignatione iudicio Confessarii se subjiciat, si autem adeo proprij sit iudicij ut monenti non credat, & desperationi sit vicina, tunc quidem aliquoties, non tamen toties quoties vult, permitti debet ut confiteatur; sed admonenda est, & animanda ut in Domino confidat, & anxietates suas confessarii consilio deponat. Nec in hoc tædio affici debet Missionarius, talis enim anima in periculo statu est, & valde gravi necessitate, ut operæ pretium sit pro salute illius animæ, se ipsum periculo vitæ exponere.

VI.

em peni-
e.

Si dicas: non esse veram necessitatem, quando quis seipsum ex periculo, quod imminet, potest liberare; quod si non faciat sibiipsum imputari debet suum malum seu periculum.

e duplici
a aliqui ex
etiam per
t confite-
patientia
i pestilen-
& similia
quoties sic
arius seu
audire.
io, si per-
soda

Resp. Inde sequeretur numquam debere proximum corripere, & sic correctio fraterna, quam adeo Christus Dominus per seipsum docuit, & mandavit, rarissimè obligaret, quia quisque sibi imputare deberet quod non se emendaret, cum posset.

Et ad secundum peccatorum genus, respondetur Missionarium debere paratum esse, toties quoties infirmus de novo mortaliter peccat, ad ipsius confessionem audiendam, & omnibus modis annitendum, ut tandem seriò pœniteat, & à toties peccando abstineat.

ART I-